



Universitätsbibliothek Paderborn

Benedicti Ariæ Montani Hispalensis Poemata

In Qvatvor Tomos Distincta

In quo Dauidis Regis ac Prophetæ, aliorumque sacrorum Vatum Psalmi; ex
Hebraica veritate in Latinum carmen obseruantissimè conuersi

Arias Montano, Benito

Antverpiæ, 1589

Psalm. CXXXII. Memento Domine Dauid.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44993

PSALMORVM

PSAL. CXXXI.

Domine non est exaltatum cor meum.

SINCERAE PIETATIS IN-
GENVA MODESTIA.

¶ Canticum graduum Dauidis.

Carmen Tricolon Tetrastrophen.

- 1 AS nec altum cor tumuit mihi,
Sublata nec sunt lumina; grandia
Nostræque virtuti negata
Nunquam animo aut studio frequenter.
2 Si non silentem hanc ipse animam fero,
Depulsus ut qui matris ab ubere est.
Ut lacte depulsum puellum,
Hanc animam mihi & ipse pono.
3 IAM benignum suscipe & hunc tibi
Attende solum (si fapis) Israël.
Attende nunc & usque in ampli
Tempora post renouanda facili.

PSALM. CXXXII.

Memento Domine Dauid.

VOTVM PRO SALVTE PUBLICA.

¶ Canticum graduum.

Carmen Tricolon Tetrastrophen.

- 1 AS memento quod tulerit grauis
Dauid labores sollicitudinis:
2 Iurabat IAE vota, Iacob
Quem coluit solidè potentem.
3 Tentorium si vel subeam domus
Nostræ vel alti strata petam thoris:
4 Si palpebris praestem quietem,
Dulcem oculisve meis soporem:
5 Donec repertum constituam locum
IAE, Iacobi ac prualido domos.
6 Audiuimus nos hanc Ephratæ;
Estque in agris nemorum reperia.
7 Tentoria ergo hinc illius ibimus,
Ad scamna plantis prociduis pedum:
8 IAS quieti tu rux adita &
Arca tui solidi valoris.
9 Iustum iugulisti vestierint tui,

Cantent

- I Cantent tibi & qui se obtulerint pios;
 Serui memor David nec vngui
 Ora tui faciemque vertas.
- II Iurauit I A S veraque Dauidi
 Et certa, nunquam quae reuocet; tui
 De ventris apponamque fructu,
 Qui solium teneat perenne.
- III Fœdus meum si posteritas tua ac
 Testata seruet, quae hanc doceam, meas;
 Natiq[ue] natis usque & usque
 Usque tibi in folio sedebunt.
- IV I A S Sionem nam sibi legerat,
 Sedemque gratam percipiit sibi.
- V H[ec] concupita est usque & usque,
 Grata quies mihi, & hic sedeb[us].
- VI Eius beatum perficiam cibum,
 Et pane egenos exsaturans, suos.
- VII Ornem sacerdotes salute,
 Carmina turba canet piorum.
- VIII Florere & illic cornua Dauidi,
 Vncto & lucernam iam foueo meo;
- IX Hostes pudore ornabo & huius;
 Huicque feret diadema flores.

PSAL. CXXXIII.

Ecce quam bonum & quam iucundum.

CONCORDIAE PROSPERITAS.

I Canticum graduum Dauidis.

Carmen Dicolon Distrophon.

- EN bona quam fratrum & suavis concordia, ques
 Et sedes pariter tenet vna: (mens)
- 2 In caput Aronis ceu lapsa vnguenta sacram
 Quae barbam barbamque perungunt:
 Inque sacram demissa oram, quibus oblitera vestis
 Iucundos inspirat odores.
- 3 Hermon utque nitet, demisso rote; Sionis
 Montes fœcundique fouentur.
 Illic quippe & opes I A S vitamque benignas
 Tempore perpetuo iubet esse.